

Privilegium regium salua infancionia Joannis de
Vera in villa de Yxar domiciliati



CO-AM

Ca. 1

Do. 2

fs. 5 ✓

VERITAS VINCIT



NOS PHILIPPVS.

Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, vtriusque Sicilia, Hierusalem &c.

NOS ARTALDVS DE ALAGON.

Comes de Sabago, Camerlengus, Locumtenens et Capitaneus generalis prefate Ma-
iestatis in hoc Aragonum regno. Cum tu Regia fidelis IOANNES DEVE-
RA in villa de Ixar habitator in regia audientia eiusdem regni per te ipsum asse-
risses te esse infancionem originarium ex genere et prosapia Militum et Infancionum
recta linea masculina descendente magis possessione quieto et pacifica tue ingenuitatis
et infancionie extitisse et existere illamque debite et iuxta forum dicti regni velle
probare. Ideo ad tuam humilem petitionem per nos fuit mandatum vocari et citari
magnificum Joannem Perez de Nueros Regij fisci Aduocatum et procuratorem
in eodem regno nec non egregium don Joannem Christophorum a de Vxar Comitem
de Belesbit ac dominum (ut asseritur) in temporalibus predictæ villæ de Vxar et
Juratos, vice et nomine totius concilij et vniuersitatis eiusdem villæ ad infancioniam et
ingenuitatem tuam probare et in causa predicta debite procedere Videndum et audiendum
Quibus omnibus legitime citatis et illorum citationibus in actis dictæ causæ iudicialiter
reproductis et reportatis in eadem Regia audientia comparuerunt et causæ predictæ
se opposuerunt Petrus Lopez à dicto Regij fisci Aduocato et procuratore constituto
procurator substitutus et Petrus Nauarro ut procurator dicti egregij Comitis de Bel-
ebit et Juratorum concilij et vniuersitatis eiusdem villæ de Ixar (de quorum proci-

rationum mandatis in actis processus dicte cause legitimis constat documentis
tibiq; ad cedula[m] articulorum offerendum, probandum et publicandum tempus
quatuor mensium ex tunc immediate sequentium assignatum fuit, tuq; statim
cedula[m] articulorum in scriptis obtulisti in effectu continentem quod Didacus
de Vera quondam Auius tuus dum vitam egit in humanis fuit et erat vicinus et
habitor loci de Carabantes regni Castellae descendens per rectam lineam mascu-
linam de genere, prosapia, domo et familia de los Veras ciuitatis Sorie eiusde
Regni Castellae, vbi etiam per aliquod temporis spatium usquequo ad dictam
locum de Carabantes prope dictam ciuitatem sorie existentem, se transiit
vixit et habitauit, fuitq; et erat Infancio ingenuus de genere Militum et
Infancionum descendens, qui toto vite sue tempore usquequo obiit continue ga-
uius est et gaudere consuevit omnibus et singulis priuilegijs, prerogatiuis, pre-
eminentijs, libertatibus et immunitatibus ceteris Infancionibus ingenuis regni
Castellae concessis et indultis, nec vngquam contribuit, nec solitus fuit contri-
buere cum hominibus p[er]tinerijs, villanis, siue conditionis et signi sexuitij nisi so-
lum et dumtaxat cum Militibus et Infancionibus in ijs solummodo in quib[us]
ipsi Milites et Infanciones contribuebant in predicto loco de Carabantes pa-
sam publice atque pacifice nemine sibi contradicente, quinimmo tolerantib[us]
et approbantibus Serenissimo et catholico Ferdinando Castellae et Aragonu[m]
Rege tunc temporis feliciter regnante Procuratore fiscali, Juratis, regitorib[us]
concilio, vniuersitate et singularibus personis vicinis et habitatoribus predicti
loci de Carabantes et alijs quibuscunq; Pro talib[us] Infancione ingenuo predictus
Auius tuus fuerat communiter habitus et reputatus ab omnibus qui eum nouerant
et de predictis veram scientiam habuerant, quodq; ita fuit dictum, intellectum
et auditum ab antiquis et senibus personis nuper vita functis, quae dicebant attesta-
bantur

bantur et affirmabant se prædicta à suis maioribus, senioribus et antiquioribus illa
 vidisse et verà esse affirmantibus, audiuisse, voce communi et fama publica id ipsum
 referente. Quodq; prædictus Didacus de Vera ex suo legitimo matrimonio habuit
 genuit et procreauit in filium suum legitimum et naturalem Joannem de Vera
 qui vixit et habitauit in oppido de Busarrabal prædicti regni Castella, cum
 in et pro filio suo legitimo et naturali habendo, alendo, nominando et reputando di-
 ctusq; Joannes de Vera prædictum Didacum de Vera in patrem et genitorem suum
 habendo, venerando, nominando et reputando, obsequiaq; filialia ei præstando, pro
 talibusq; habiti et reputati fuerant palam et communiter, publica voce et fama
 tam inter antiquas quam modernas personas itidem affirmante. Ac etiam quod
 Didacus ipse de Vera Auius tuus iam erant sexaginta et plures anni q; fuerat
 de medio sublatus et vita functus, superstitie et superuiuente illi dicto Joanne de
 vera eius filio. Quiquidem Joannes de Vera, qui, ut præfertur, ortum habuit
 ex dicta ciuitate sorie et oppido de Carabantes, et habitauit in dicto loco de
 Busarrabal fuerat similiter infancio ingenuus de genere Militum et Infancio-
 num ac ex dicta domo et familia de los Veras ciuitatis Sorie recta linea mas-
 culina descendens, qui dum vita sibi comes fuerat continuè gauisus est et gau-
 debat omnibus et singulis priuilegijs, prerogatiuis, libertatibus et immunitatibus
 ceteris infancionibus prædicti regni Castellæ concessis et indultis, qui nulloumq;
 tempore contribuit nec solitus est contribuere cum hominibus plebeis conditio-
 nis et signi seruitij prædictorum Locorum de Carabantes, et Busarrabal nisi
 solummodo cum militibus et Infancionibus in ijs dumtaxat in quibus ipsi
 Milites et Infanciones contribuebant et tenebantur contribuere palam publice
 atque pacifice nemine sibi contradicente, quiminimo scientibus, tollerantibq;

et approbantibus serenissimis tunc Aragonum Regibus eorumque procuratoribus fis-
calibus et officialibus iuratis insuper concilio et vniuersitate ac singularibus personis
vicinis et habitatoribus predicti loci de Bussamabal et ceteris quibusuis pro talique
habitus fuerat et reputatus communiter ab omnibus de eo et de predictis veram notitiam
habentibus, voce communi et fama publica eisdem referente. Nec non quod prefatus
Joannes de Vera ex suo legitimo matrimonio contraxerat cum Joanna etiam de Vera, Saluete
genuit et procreauit in filium suum legitimum et naturalem te Joannem de Vera
exponentem prefatum, pro tali te habendo, alendo, nominando et reputando. tuque
eundem Joannem de Vera in patrem et genitorem tuum habendo, reuereundo, nomina-
do et reputando, obsequiaque parentibus debita ei prestando. mutua inter vos reputa-
tione, ac etiam fama publica in predicto loco de Bussamabal hoc ipsum affirma-
te, quodque predictus Joannes de Vera genitor tuus, prout domino placuit, ab hoc
seculo migrauerat, te illi superstiti. Quodque tu Joannes de Vera idemque exponens
fueris et es Infancio ingenuus de genere Militum et Infancionum, ut prefertur, descendens,
qui gaudius fueras et gaudebas omnibus et singulis priuilegijs, libertatibus immunita-
tibus et prerogatiuis ceteris infancionibus ingenuis predictae villae de Yxar et
regni Aragonum concessis et indultis, qui nunquam solitis es contribuere, nec con-
tribuisisti cum hominibus pederis et signi seruitij predictae villae de Yxar, nec pre-
sentis Aragonum regni nisi solum et dumtaxat cum militibus et infancionibus
in ijs, quae ipsi Milites et Infanciones contribuunt et soliti sunt contribuere. In tra-
libusque iure, usu et possessione, seu quasi predictae tuae Infancionie et aliorum pra-
missorum fuisti et eras a tempore natiuitatis tuae usque tunc continue palam publice
atque pacifice sine alicuius contradictione scientibus et videntibus, tollerantibus et
approbantibus serenissimo domino nro Rege nunc feliciter regnante, eiusque procu-
ratoribus fiscalibus, egregio Joanne Xpoforo de Yxar Comite de Belcrite et
domino in temporalibus predictae villae de Yxar, iuratis concilio et vniuersitate
eiusdem?

eiusdem Villæ de Yxar et cæteris quibusvis, pro talique Sabitus fueras et repu-
 tatus, voce communi et fama publica istud idem affirmante, nobis humiliter suppli-
 cando, ut constituto de pre-narratis et in dicta articulorum cedula contentis per nr̄am
 diffinitiuam sententiam declarare dignaremur te prefatum Joannem de Vera exponē-
 tem fuisse et esse in possessione, seu quasi tue infancionie et ingenuitatis, debereq; et
 posse gaudere, vti et fuit omnibus et singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus et
 prerogatiuis quibus ceteri Infanciones predicti Aragonum regi vtiuntur, fruuntur et gau-
 dent, vti, fuit et gaudere consueuerunt, teg; admitti ad faciendam saluam dilecti tue In-
 fancionie debite et iuxta forum. **QVA CEDVLA** articulorum modo pre-
 misso oblata, nonnulli testes ad probandum contenta in ea producti et presentati et per
 magnificum Joannem Vincentium de Marzilla Regiam Cancellariam in nr̄i personam re-
 gentem, iuramento preiuro, diligenter examinati et interrogati fuerunt, quorum dictis
 et attestationibus vna cum alijs documentis et scripturis per te in modum probationis
 productis et fidei factis, intra dictum tempus tibi ad id assignatum publicatis et pro publicatis
 ex aduerso procuratoribus presentibus, habitis, fuit iisdem Regij fisci, et eorundem Comi-
 tis de Belchite ac Vniuersitatis Villæ de Yxar respectiue procuratoribus tantundem
 tempus, quatuor scilicet mensium successiue et immediate sequentium ad producta et
 probata per te reprobandum et contradicendum, assignatum, quibus mensibus decursis
 et elapsis, fuit per te ipsum supplicatum in dicta causa diffinitiuè per nos pronuntiari
 secundum ea, que in cedula articulorum pre-narrata extiterant supplicata. Nos
 tandem, visis primitus, ac mature et diligenter perpensis et recensitis in regio consilio hu-
 iusmodi Regie audientie predictæ causæ moritis ac maturo desuper habita delibera-
 tione, de magnificorum Regiorum consiliariorum consilio et assensu, ac mediante pre-
 dicto magnifico Joanne Vincentio de Marzilla regiam Cancellariam Regente pro

Ja

tribunali sedente, nram in dicta causa tulimus et promulgauimus diffinitiuam sen-
tentiam huiusmodi sub tenore. **I**esu Christi nomine inuocato. Dñs
Locumtenens generalis attentis contentis & de consilio pro-
nuntiat et declarat Ioannem de Vera exponentem fore et esse
in possessione, seu quasi suae infancioniae, eumq; admitti debere
ad faciendam saluam iuxta forum. Et debere gaudere omnibus
et singulis priuilegijs, libertatibus et immunitatibus ceteris infan-
cionibus presentis regni Aragonum concessis et indultis. Neutra
partium in expensis condemnando. Et dicta diffinitiuam sententiam. Ut
premittitur. lata et promulgata et per te dictum exponentem acceptata et approbata,
ad saluam tue Infancioniae debite et iuxta forum faciendam duos milites notos et
approbatos in eadem regia audientia obtulisti et presentasti, nobiles nempe Don
Ludouicum de Bardaxi et Don Ludouicum Coscon in praedicta ciuitate Cessaraui-
guste domiciliatos qui ambo tactis cruce et sacrosanctis Dei euangelijs in manibus
dicti Regentis Cancellariam iurauerunt et in vim dicti Iuramenti asseuerarunt sepa-
ratim interrogati, se plane exacteq; Scire te dictum Ioannem de Vera exponentem
fuisse et esse Infancionem ingenuum ex talibus recta linea masculina descendente
promisseruntq; solare, siue casale, unde tua prodijt et deriuatur ingenuitas, cui tenean-
tur ostendere et indicare quamcito eis erit iniunctum, quod existeret dixerunt in Ci-
uitate Sorie regni Castellae. quodq; ipsi milites nec alter eorum in nullo consanguinita-
tis, seu affinitatis gradu tibi erant coniuncti. Tandem temet supplicante, saluam et In-
fancioniam tuam praedictam autorizauimus et coroborauimus. Decernentes te esse In-
fancionem ingenuum ex genere et prosapia Militum et Infancionum recta linea masculina
descendentem, debereq; et posse gaudere, vti et fui omnibus et singulis priuilegijs
liber.

libertatibus, immunitatibus et prerogatiuis et ceteris infancionibus predicti Ara-
 gonum Regni concessis et indultis, presentes qz lras siue Soc Regium priuile-
 gium in forma solita iuxta hylum huiusmodi regia audientia tibi concessi-
 mus, prout concedimus. **QVA PROPTER** magnifico et dilectis
 consiliarijs sue Maiestatis Regenti officium generalis puber nationis Justici
 et Baiulo generali Aragonum, Magistro rationali, Aduocato et Procuratoribus
 fiscalibus eiusdem Maiestatis, Calmetinis Justicijs, meritis Supraiusurarijs
 Baiulis, Juratis, Alguazirijs regijs, Portarijs, Virgarijs, et quorumcunqz, suorum
 et reddituum regaliu et vicinalium Arrendatarijs, seu Commissarijs, et ceterisque
 demum vniuersis et singulis iudicibus, officialibus et subditis regijs tam maioribus
 quam minoribus quacunque potestate, Jurisdictione et auctoritate fungentibus et
 futuris dictorumqz omnium officialium Locatenentibus et presertim egregio Co-
 miti de Belchite nunc et pro tempore existenti, nec non Juratis concilio et vni-
 uersitati predictae villae de Yxar alijsqz personis cuiusvis status, gradus, ordinis,
 seu preeminencie existant presentibus et futuris predicta intimantes et notifi-
 cantes scienter deliberate et consulto regiaqz auctoritate dicimus ac districte
 mandamus, quatenus te dictum Joannem de Vera exponentem prefatum prolemqz
 et posteritatem ex te recta linea masculina nunc et pro tempore descendente pro
 infancionibus ingentis habeant, teneant atqz reputent prout et nos presentium
 per tenorem habemus, tenemus et reputamus, et ad aliquam seruitutem fa-
 ciendam, seu onera subeunda cum hominibus conditionis et signi seruitijs dicte
 villae de Yxar nec aliunde nullatenus compellant, compelliue faciant
 siue permittant, nisi ad ea dumtaxat iura soluenda quae infanciones origina-
 ry predictae Villae de Yxar et regni Aragonum soluere tenentur et soliti sunt.

tegs in possessione seu quasi tua Infancionia in qua existis manuteneant pacite et
 et defendant. Huiusmodiqz literas siue regium privilegium omniaqz et singula pracontenta
 adimpleant firmiter et observeant adimpleti et observeari faciant inuisibiliter per quos
 cunque. Contrarium nullatenus tentaturi aut fieri permissuri ratione aliqua siue
 causa si gratia regia eis clara est et preter ire et indignationis regis incursum pna
 florentiorum auri Aragonum Millie a bonis cuiuslibet contrauentis et transgresso
 ris absque spe venie persequendos regisqz applicandos Aetarijs cupiunt non subire. In
 cuius rei tesamoniū presentes fieri regiōqz cō sigillo huius Locumtenentia generalis
 Aragonum impendenti iussimus communiti Dat Casaraugustae Die Duodecimo
 Mensis Martij Anno a nat^e Dni Millesimo quingentesimo septuagesimo sex^{to}
 Regnor^{um} autem regior^{um} videlz Citerioris Siciliae Vigesimo tertio: Hispania
 Verō et alior^{um} Vigesimo primo.

V. Portale de alago lugar in interregno

V. Marzilla h.

V. Talacio
 p. cor. A.

V. Do. Ximeno pro.
 gnali. The. h.

Dns Joannes de la mar.

Joanni Talacio, Visager Marzilla.

Do. Ximeno pro gnali.

The. h. et me pro conse.

Privilegium salutis Infancioniae Joannis de Vera Villa de Yxar.

Loper

